



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 114. De manso tradito in villis Berchem et Hrithem in pago Hessi
Franconico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
826 usque
853 im-
perante
Hiludo-
uico et

§. 114.

Tradidit uuilheri in *berchem* (Q) et *hritbem* (R) mansum unum. testef hramnuuard fidac addic horic aldger adalger ofger.

§. 115.

Tradiderunt *emmo* et *raingot* in *eidenbus* (S) mansum et hominem cum vxore et filiis. testef tancred Iddi marcuuard ricdag et alii decem.

§. 116.

Tradidit *bardo comes* (T) in *tiubili* (U) quidquid ibi habuit. testef hradmod hrannulf gherhard friduuer.

§. 117.

Tradidit *luitfuit* (V) *furlang* (W) unum in *aldingesbus* (w). testef *beuo* *bodo* *fal* *horid* *hardgot*.

§. 118.

De villis
Berchem
et Hrit-
hem.

(Q) (R) *Berchem* et *Hritbem* villæ in Registro nostro inueniuntur, positæ ad fluiuium Adrinam. At vero supra §. 33. not. (v) demonstrauius ad flumen istud, hodie dictum *die Eder*, fuisse pagum Hassi Francorum. Sine vilo dubio itaque nostri Corbeienses veteres designare voluerunt eundem pagum Hassi Franconicum. Quodsi igitur ad fluiuium Adrinam inuenimus vicos *Berghem* et *Rodene*, illos significari, nemo non vider.

De villa
Eiden-
bus.

(S) De *Emmone* vide supra §. 4. not. (h), vbi illum, quantum coniectura augurati sumus, nepotem Widekindi Magni appellauimus. *Raingot* eius sororem fuisse (nomen enim mulieris esse, ex aliis documentis constat) incertum quidem esse, fatemur; suspicari autem illud quis posset propter bona, quæ ambo in eadem villa dedere. Ex quo ipso apparet, *Emmonem* ad stemma Widekindum spectasse. Nam hæc villa in Registro nostro ponitur in pagum *Almunga*, in quo vti iam supra demonstrauius, familia Widekindæ omnino amplissima possedit prædia. Pagus ille in episcopatus Paderbornensis territorio ad fluiuium dictum *die Alme* quondam exstitit. Designatur autem per *Eidenbus* villam vel vicus Essende haud procul ab oppido Stadberge, vel alia villa dudum desolata, cuius stum doctis dominis Paderbornensibus perferendum relinquimus.

De comi-
te Bardo-
ne.

(T) De *Bardone*, comite, nepote Widekindi Magni ac fatore principum Waldeccensium, iam supra §. 104. not. (u) satis superque exposuimus.

De villa
Tiubili.

(U) *Tiubili* villa in Registro nostro ponitur intra pagum Pathergo. Designatur ergo sine vilo dubio vicus Thule intra terram episcopatus Paderbornensis haud procul ab oppido Salzkoten, vno milliari circiter distans ab vrbe Paderborna.

De Luit-
fuit.

(V) *Luitfuit* est *alba femina*. Luit siue Lüt, nomen Germanicum, adhuc in Westfalia vsitatum, denotat feminam, *Uit* seu *Wit* *weiß* *albam*.

De Fur-
lango.

(W) et (w) *Furlang*, ein Vorling, seu *eine halbe Morgen Landes*. *Aldingesbus* villa erat, restante excitato Registro nostro, in pago *Nitbega*. Designari ergo per eam putamus vicum Alhusen in episcopatu Paderbornensi, situm inter Driborg, Reelse, Pömsen, Erbsen, Herste et acidulas Schmechtanas. Nolim tamen eis repugnare, qui sibi persuadent, esse villam desolatam, quæ eadem in regione olim exstitit, atque in litteris feudalibus recentioribus appellatur *Adegissen*. Omnino hoc aliis perquirendum relinquimus. Vtuncque autem se res habeat, illud probabilissimum nobis viderur, *Beuonem*, qui inter testes apparet, fuisse fratrem abbatis Corbeiensis Warini, ac *Luitfuitam* fuisse eorum consanguineam, vel fortassis illorum prorsus sororem.